Mythologia, Francfort, 1581 - X [91] : De Medusa

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - X [91] : De Medusa

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 11 : De Medusa *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [91] : De Meduse *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [91] : De Meduse *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - X [91] : De Medusa, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 29/11/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6142

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)Latin
Paginationp. 1059

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesMéduse
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6142?context=pdf

optimis & firmiſſimis ſapientiæ inſtitutis cõfirmatus: ad quod ſignificandum Theſeum tradiderunt multos latrones & crudeliſſimos tyrãnos obtruncaſſe, ac labyrinthi fraudes aperuiſſe. erat enim labyrinthus vita hominum multis difficultatibus implicita, cùm ſemper grauiores aliæ ex aliis oriũtur, è quibus nemo niſi per ſingularem prudentiam & fortitudinem & cõſtãtiam ſe explicare poterit. has ipſas difficultates intra ſe continet ambitio, & auaritia, & libido, & omnia ſcelera, in quæ ſi quis ſemel ingrediatur, haud facilè exitum inueniet. ſi quis verò ſingulari prudentia non exiſtat, is labyrinthum ſcelerum aut cupiditatum ſemel ingreſſus antè ibi emoritur, quàm ſe expedire poſſit. quàm turpium enim rerum voluptas ſit parẽs, & quàm calamitoſarum, argumento fuit Terei libido.

De Meduſa.

Vt quantopere opus ſit conſtantia aduerſus voluptates demonſtrarent ſapientes, Meduſam omnium mulierum pulcherrimam effinxerunt, ob apparentem & ad ſe allicientem ſuauitatem: ſed omnes ab illa in lapides conuerti dixerunt à quibus viſa fuiſſet, cùm vel Mineruæ templum violaſſet, quia voluptatibus dediti omnem Deorum cultum paruifaciunt, omniſque humanitatis & officij iura conculcare pedibus conſueuerunt, omnibuſque honorificis rebus fiunt inutiles. Alij ſuperbiam & arrogantiam per hanc fabulam deprimendam putabant, quia cum Dea certaſſet Meduſa de capillorum pulchritudine: qui enim illis vitiis laborant, & homines & Deos paruifaciunt. ſic igitur refrænandam libidinem, & temeritatem & arrogantiam eſſe admonebant, quia horum vitiorum Deus eſt grauiſſimus vltor. nam non modò capillos Meduſa amiſit, ſed etiam Deorum conſilio & opera miſſus fuit Perſeus ad eam occidendam.

De Gorgonibus.

Quoniam verò duæ dicuntur eſſe facultates animæ noſtræ, altera rationis particeps, altera ſine ratione: quæ rationis eſt compos, ſeniores natæ Grææ dictæ ſunt ab antiquis, prudentia ſcilicet, quæ in rebus difficilimis præcipuè, & in rebus publicis eſt neceſſaria. at ſorores harum ſunt Gorgones voluptates dictæ, quæ homines implicant ac perimunt, à quibus Perſeus ſine Grææarum auxilio ſe explicare non potuiſſet. cùm enim ratio & cupiditas ex eodem animo naſcantur, cupiditas